

TITVLVS XI DE PROTECTORIBVS INDORVM, AC QVIBVSDAM ALIIS.

Proteſtorum inſtitutio.



Atholicorum Regum noſtrorum prouidentia erga Indos eximia in eo præter alia plena Chriſtiana; & paternæ pietatis, elucet, quod Indis ſpéciales Proteſtores aſſignauit, & qui in urbibus præcipuis reſideant, ad quos illi ſuis negotiis accurrant, quæ ab illis pro poteſtate ſibi tradita poſſunt dirigi, & libellis formatiſ promoueri. Neque enim quidquam agere, ſeu expedire poſſent, ſiue in iudicio, ſiue extra illud ſine illis, vt ex D. Feliciano à Vega, obſeruat D. Solorzanus. Tom. 2. Lib. I. Cap. 27. num. 70. & in Politicâ pag. 237. & 238. in cuius ſ. 2. mentionem eorum facit, quibus Senatoria toga ſicut Regiſ Auditoribus cum Fiſcalium titulo, & prærogatiuis aliis attributa. Sed quando hæc ſcribo iam in Peruuio generatio talium Proteſtorum extincta eſt, quæ, vt credo, non adiuuet vt reſurgat, vt verbis Scripturæ vtar. De illis ergo addenda hoc loco nonnulla, & de quibusdam aliis, quia hoc maximè pro Indis videtur ſpeciale: pro quibus ſit

CAPVT I.

Proteſtores Indorum quibus ſint obligationibus intra Conſcientiæ forum obnoxij.

Prima obligatio circa munus accipiendum.



Rima, & circa quam ſollicitè aduigilandum, illa eſt; ne ab Indis munera extorqueant, quod non tantum verbis, ſed modo ipſo agendi contingere poteſt, dum iis, qui vacui veniunt, operam minus promptam exhibent; contribuentibus faciliores. In quo quidem grauiffimè delinquitur, cum reſtitutionis onere; quia coactum eſt quidquid per huiusmodi inhumanum agendi modum habetur; iuxta dicta aliàs cum communi Doctorem ſententiâ, hic maxime locum habente, vbi de miſerorum cauſis agitur, pro quibus congruum ſalarium habent Proteſtores. Quod ſi aliquid omnino ſpontaneè offerant, quod ex circumſtantijs conici poteſt, ſi ante negotij expeditionem ſit, nullatenus admittendum, quia etiamſi ſpontaneæ obligationis coniecturæ videantur ſuffragari, vix eſt credibile è corde procedere; quando neque ij, qui ditiores ſunt, ſponte quidquam offerant cauſarum patronis, Indicibus, adminiſtris. Poſt negotium autem expeditum, non ita videtur ſcrupulus vrgere, quia tunc gratitudinis titulo datur; & ſatis eſſe exiguum ſolet, quod Indi offerunt: ſolentque agrè ferre donariorum repulſam, quia in perſonæ contemptum, & ex defectu amoris exiſtimant ita ſecum agi; vnde & maximè ſpirituales viri, qui euangelica miniſteria circa illos exercent, talia ſolent admittere, ne ſi repulerint, contriſtentur. Non eſt autem eadem ratio de donis ante negotij ex-

Qualia, & quando accipi poſſint.

peditionem, quia illa ex amore non procedunt; vnde non ita moleſtè ferunt eorum benignam depulſionem.

2. Secunda vt humanos, & affabiles ſe Indis exhibeant, cum enim illi indolis timidioris ſint, ſi Proteſtorem minus humanum inueniant, ab incepto deſiſtent, & iniurijs frequentibus opprimuntur. Dicitur de hoc aliàs, ſed identidem repetendum, & inculcandum talibus in hoc grauiâ; & multiplicia eſſe peccata poſſe, & cum reſtitutionis onere, quia officio deſunt, pro quo ſalarium accipiunt, & damnorum cauſa ſunt, quæ patrocinio ſuo poterant impedire. Quia verò dignoſci non poterit, quot, & qualia damna ſint, vt reſtitutio illis poſſit exæquari, eo vtendum reſtitutionis genere, quod Doctores circa huiusmodi incerta tradunt, de quo etiam à nobis dictum, & compoſitionis beneficium, quod Bulla præſtat, conuenienter huc adſciendum, reſugium optimum peccatorum. Obligatio reſtitutionis dicta pertinet ad cauſam, Non obſtans, de qua vulgaria carmina, quæ omnes exponunt de reſtitutione agentes, & præſertim Societatis Auctores.

Secunda circa humanam tractationem, ſub mortali obligatiõne cum reſtitutionis onere.

3. Tertia obligatio circa breuitatem expeditionis verſatur; peccatè propterea grauiter Proteſtores, qui alijs occupationibus intenti, quæ ad Indos ſpectant, non niſi poſt moras moleſtas ipſis, & frequenter noxias, attingunt: cum cogantur illi ſub inſalubri cælo diutius agere, & non raro morte finire letigium, aut præſentionem iuſtam terminare. In quo quidem ad intelligendum quàm graue ex frigido iſto patrocinandi modo onus conſcientiæ confurgat, non eſt opus multum philoſophari, cum res adèd perſpicua ſit. Poſſet autem excuſatio aliqua circa iſta prætendi, ſi recens illud arbitrium de Togatis Proteſtoribus, qui Fiſcales etiam Tribunalis Cruciatæ ſint, & in abſentiâ Fiſcalium in Regijs Prætorijs locum eorum teneant. Vti ceoptum eſt

Tertia circa breuem negotiorum expeditionem. Vbi de damna ex retardatione ſecuti.

Quarta circa contractus, ne ipſis noxijs, ob humanos reſpectus.

eſt executioni mandari, perpetuum haberetur. Ceſſauit tamen illud in Peruuio, vt initio Tituli dictum, (an alibi neſcio) quia id minus eſt conueniens iudicatum. Cum enim occupatio illorum eſſet multiplex, vna illa omnium præcipua, Indorum cura non poterat opportune, & iuxta rerum occurrentium exigentiam ſuſtineri. Fiebat ergo primum nouiſſimum, & nouiſſimum, primum præpoſtera mutatione.

4. Quarta, ne reſpectu aliquo priuato patiantur Indos ad aliqua ſe obligare, quæ ipſis ſunt detrimentum allatura. Eorum ſiquidem contractus debent ab ipſis approbari, & poteſt frequenter accedere, vt ij, præ iudicij paruitate, facile in aliquid conſentiant, quod non leue ſit adducturum diſpendium, ad quod etiam fraude, aut violentiâ induci: quibus omnibus Proteſtoris officio contra eundem, ſi charitati, ac iuſtitiæ ſatisfactum velit, ſua non quaerens, neque eorum, qui ſua etiam, non quæ Ieſu Chriſti, quaerunt. Sunt autem Ieſu Chriſti puſilli iſti, qui in eum credunt, poſtulati ab ipſo, & à Patre vt hereditas propria condonati, vt apud ſummum extat vatem Pſalm. 1. v. 8. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. De quibus & Apoſtolus Hebræor. 2. v. 13. citato Iſaiæ loco 8. v. 18. Ecce ego, & pueri mei, quos dedi mihi Deus. Et certè quando illi non quaeruntur, quia ipſorum ſpirituale, & temporale commodum non attenditur, id quaeritur, quod magno quaerentium malo reperitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis; dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Pſalm. 20. v. 9. Horrendum, quod ſequitur: Pones eos vt Clibanum ignis in tempore vultus tui. &c. v. 10. In tempore quidem vultus Dei: nam modò non videtur eſſe tempus vultus eius; quia ad illum non habetur ab hominibus, quem debuerant habere, reſpectus; ſed priuati reſpectus omnia ſubiurgent, dum à multis nihil amplius, quàm commodum proprium attenditur. Sed erit, erit ſanè tempus, cum Dei vultus eiusdem contemptoribus vindex iniuriarum ſuarum terribilis apparebit. Pones eos vt Clibanum ignis: vbi Campenſis Paraphraſis, Aſſuare facies eos tamquam furnum incenſum, quo tempore iratum te illis oſtendens, Domine, ira tua diſſipabit eos, & vorabit eos ignis.

Indi hereditas Chriſti.

Pſalm. 2. v. 8.

Hebr. 2. v. 13.

Pſalm. 20. v. 9. & 10.

Vindex formidabilis Deus contra non attendentes votum eius.

Campenſis.

Quinta, circa prouidentiam ex officio, non expectatis querelis.

Dri ad inſtar beneficiſſimi Proteſtoris.

Ecll. 34. v. 19. & 20.

oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benediſtionem.

Circa quæ vtiliter poterit Proteſtoris conſideratio interdum occupari. Et in quinta hac obligatione conſcientiam grauiter onerari poſſe, indubitatum eſt; ſi videlicet nihil ex officio Proteſtor agat, ſed partium ſemper petitionem expectet. Nec timori cedat, dum Magiſtratum ſuperiorum voluntas obſtiterit; hoc enim onus cum officio ſuſceptum. Et quemadmodum vt ſalarium ſibi abſque quadrantis detractiõne reddatur, non verebitur ſemel, & iterum Magiſtratum vrgere, timore poſtpoſito; ita & adire eundem debet pro Indorum deſenſione, vt præmium labori reſpondeat, iniuſtè aliàs reportandum. Nec dubitet ſe libentiùs audiendum cum iuſtitiâ aut miſericordiam pro miſeris petit, quàm cum pecuniam ſibi. In priori enim per eum ipla iuſtitiâ, & miſericordia; immò & Deus ipſe perorat, in alio autem cupiditas terreſtris languifuga. Et in hoc etiam reſtitutionis obligationem intercedere poſſe non videtur dubitabile, cum damna non leuia poſſint ex omiſſâ proteſtatione ſuccedere, quæ ſcilicet graue peccatum ſit. Quod adèd verum eſt, vt etiamſi à Regio Indiarum Conſilio decretum aliquod veniat Indis aduerſum, eidem ſit ſub obligatione dictæ viriliter obſiſtendum, quia ex minus legitima inſormatione credendum eſt originem habuiſſe: Indorum enim cauſæ ab huius Concilij dominis benignis ſemper oculis inſpiciuntur, vnde quod contrarium apparet non eſt ſine diſcuſſionis beneficio ſuſcipiendum.

Graue in deſectu poſſe peccatum admiſſeri.

Ev obligatiõnem reſtitutionis.

Viriliter obſiſtendū, etiam Conſilij ſupremi decretis.

Quinta, aduendi Regum Conſilium, cum alijs res conuenienter non diſponuntur.

6. Sexta: ſi quid occurrat pro Indorum bono conueniens, & id ab Indicis Magiſtratibus poſt iteratas petitiones minus benè diſponi, aut non curari, proſpiciant, ad Regium eſt Indiarum Conſilium recurrendum, in quo, vt diximus, Indorum cauſæ benignis inſpiciuntur oculis, & ſepoſitis priuatis affectibus diſponuntur. Et obligatio iſta grauis quidem eſt, ſicut aliæ dictæ, cum ſit proteſtationis pars, & ſatis quidem ſubſtantialis, cuius beneficio ſcimus aliqua à Regio Conſilio pro bono Indorum ordinata. Et in hiſ, quod ad terrarum compoſitionem ſpectat. In quâ Indi contra Regiam voluntatem nimis ſunt diuerſis in partibus aggrauati. Quàm verò fuerit remedium opportunum, aut opportunè adhiberetur ab iis, quibus eſt executio Commendata, ipſi viderint, dum nos ad videnda alia properamus.

CAPVT II.

De Adminiſtratore cenſuum Indorum.

7. Vt diuerſis poſſint oneribus Indi ſatisfacere, & quædam pietatis opera valde ipſis vtilia, promouere; multi ab eorum communatibus cenſus empti, ſiue alio modo pro eorundem iuuamine conſtituti. Horum Adminiſtrator Hiſpanus per ſupremam poteſtatem deſignatur, & alicubi officium emittitur cum præminentia vrbicorum Senatorum, cum voce, & ſuffragio, vt dicitur in Capitulo. Ad deciſionem autem cauſarum, quæ circa hoc occurrere poſſunt, Regius per vices Auditor pro

Officij qualitas expli-cata.



tribunali aſſiſit; cuius obligationes, cum iudicis ſint, ſatis videntur perſpicuæ. Sed illa ſpecialis, vt, quia cenſus prædicti in fauorem Indorum conſtituti ſunt, ex quorum ſtabilitate ingentia in eos reſultant commoda, & conſequenter commune bonum valde inde dependet; ſeruato quidem iuſtitia moderamine, ſemper foueatur. Vnde videtur communis iam ſententia de opinione probabilis, quam iudex completi poteſt, etiam reſiſtã probabiliori, hic locum non habere, ſaltem generaliter loquendo, & non de vnâ, aut alterâ ſententiã in re non multum præiudiciali. Nam ex eo fieret Indos grauiã detrimenta ſubituros, & commune etiam bonum iri non leuiter imminutum. Immo in pari probabilitate idem videtur dicendum, ob eandem rationem. In eo ſiquidem cum iure probabilis concurrat ſpecialis miſerabilium perſonarum, & communis boni reſpectus. Vnde ſatis verofimiliter dici poteſt numquam æqualitatem illam iuris contingere, quia ſemper pro Indis ſunt ſpecialiſſimæ rationes, vnde ius partis aduerſa ſuperatur. Quando ſcilicet ſeculis dictis reſpectibus ius æquale eſt, nam ſi illis exclusi ius Indorum debilius ſit, per reſpectus dictos poteſt exæquare. Tam autem debile eſſe poteſt, vt etiam illis adiunctis minus probabile ſit; & dummodo ſit abſolutè probabile, poteſt iudex, licet non teneatur, in fauorem Indorum iudicare. Dixi autem, licet non teneatur, quia valde alienum ab æquitate, & ratione eſt, vt obligatio ſit ſententiam ferendi contra eum, cuius eſt potius ius, eo enim ipſo iuſtitia eſt illi magis debita; & vnde repugnat obligationem eſſe ad illam denegandam: denegari enim non debet neceſſariò, niſi quatenus minus de iure eſt, cum ius obiectum iuſtitia ſit, & ita eſt implicatio in terminis, quòd ius potius ſit, & quòd illi debeat iuſtitia denegari; & quòd ſit ius debilius vt pronuntiar pro illo ſententia debeat, & hæc quidem circa iudicem.

Auditor Regius, qui iudex, in fauorem debet Indorum iudicare iuxta probabilem opinionem.

Notaſta circa iudicium, eum dicitur, aut alia probabilis occurrat.

Obligatio Admiſtratoris ſub mortali.

Aſſertio 1. circa ſolutionem acciſſandã.

Aſſertio 2. circa obligationem reſtitutionis.

Aſſertio 3. circa munerum acciſſionem.

Aſſertio 4. circa reſtã expenſionem ſolutorum.

li extrahitur, agendi modo obſeruato, licet enim ipſe ad eſſe non poſſit in omnibus populis, vt videat qualiter expendatur pecunia, curare tamen debet, vt ratio illius ab accipientibus reddatur. Pecunia enim in Caciquiorum manibus periculo eſt fraudandi finis obnoxia, pro quo extracta eſt. In quo quidem ſi diſſimulare contingat obmunera ab eisdem accepta, de grauitate delicti conſtat, ſicut & de reſtitutionis obligatione Communitati faciendã omnium eorum, quæ eidem ſubtracta ſunt. Et licet obligatio talis in defectum præcipui debitoris ſit, quia tamen de Caciquiis ſperari nequit ſoluturos aliquando, quod in vſu non debitos expendunt, præcipui ſunt debitores reputandi; vel conari, vt Caciqui opportune ſoluant, ad id iudicis officio diligenter inuocato.

Aſſertio 5. circa curam deſerendi pecuniam in arcem illam, ne extrahatur.

Aſſertio 6. circa expenſarum moderationem.

CAPVT III. De Adminiſtratore Hoſpitalium Indorum.

Hoſpitium inſtituitur ex Regia pietate.

Memorable pro alio Lima num D. Anna.

Aſſertio 1. Circa curam ſpiritualium, & Capellanorum designationem.

Quod ſi iuſta cauſa dimiſſionis non ſit.

De ſpecialiſſima curã circa morituros.

bent, tum vt integrè conſiteantur; ſunt enim timidi, & ad tacenda in confeſſione peccata procliuus; tum quia diaboli fallacis magis propter defectum capacitatis, & paternas ſuperſitiones expoſiti. Vnde mirabiles Dei miſericordias in huiusmodi ſolemus extremè agentium articulis experiri. Solent autem Capellani nonnulli ægre ferre, vt ad prædictam aſſiſtentiã ab iis, quos diximus, virgeantur. Cum enim negotium ſpirituale ſit, & illius cura ad Sacerdotes pro eorum munere ſpectet, præſati videntur excedere, dum id uſurpant, quod ad ipſos nequit pertinere. Sed certè illi in hoc à vero peregrinantur. Sicut enim ſi quis Capellani domi haberet pro dicendã Miſſa, doctrinã Chriſtianã docendã, & in neceſſitatibus ſpiritualibus ſibi & familiã protinus adfuturum, virgere eum ad prædicta poſſet, quia ſub ea eſt obligatione receptus, & temporalia accipit, ſpiritualia collaturus: ita & in Hoſpitali facere illius poſſunt adminiſtri, qui ſunt familiã illius infirmantis Patres, neque uſurpantes iurisdictionem, ſed æconomicè procedentes, & iuxta charitatis regulas eorum æternæ ſaluti, qui in extremis ſunt poſiti, conſulentes.

Capellanos vt poſſint circa illam urgere, cum notanda doctrina.

Gravamine peccare iſtos ſi non aſſiſtant.

Concilium Liſanenſe 3. Act. 2. Cap. 29.

Capellani an vſu ſe tueri poſſint contra Prælati mandata.

Ex Regia præſertione arguitur, cui fauere Concilium Tridentinum.

EXimia quidem Regum noſtrorum prouidentia diſpoſitum, vt in præcipuis urbibus, & oppidis aliis, vbi commodè fieri poſſit, Hoſpitalia ſint pro ægrotantium Indorum curatione. Et hiſ quidem Regum ipſorum pietas magnã liberalitate ſuccurrit, tum ex Nouenis, portione conſiderabili deſignatã, tum ex effectibus aliis competenti ſubſidio deſtinato. Habent illa præterea pingues redditus ex prædiis, cenſibus, fidelium elemoſynis, vt commodè poſſint ſuſtentari. Et aliquando quidem Adminiſtratori ſtipendium ſoluitur, frequentius autem gratis munus iſtud obeunt viri primarij, electione eorum, quibus Hoſpitalium eſt cura commiſſa; & Senaturn conſciunt, voluntarij omnes, & ſolã ad hoc adducti & adacti charitate. Quod quidem cenere præcipue licet in Hoſpitali Diuæ Annæ ciuitatis Regum, cum omnibus, quæ in Europa ſunt ampliſſima, componendo, ſiue adificij pulchritudine, latitiã, laxitate, inter viros, & feminas diuifione percommoã: ſiue ſubueniendi ægrotantibus ratione, lectis ſupra Indorum morem ornatis, medicamentis, victu, ſollicitudine, vt nulli quidquam deſit, cum contingat aliquando ſupra trecentos ægrotos numerari & nuper ſupra quadringentos; quod tamen non frequens, magnus tamen ſemper numerus, quia aliunde aduenientes ſolent paſſim infirmari. De huius ergo, & aliorum Hoſpitalium Adminiſtratoribus aliquid oportet atexamus, & pro eo

13 Dico primò. Adminiſtratores dicti debent ſpecialiter circa ſpirituale Indorum bonum prouidere, idoneos Capellanos conquirendo, qui ægrotis aſſiſtant, Sacramenta miniſtrent, & præſertim adſtent morituris. Si quem obligationi ſuæ non ſatisfacientem obſeruent, vrbane dimittant, quia id facere & poſſunt & debent. Qui Capellani domi habet, & minus aptum ſuo intento deprehendit, poteſt ſine iniuriã vrbã dimittere, aut Ecclèſiaſticæ libertatis violatã ſuſpicionem. Tales certè Beneficiarij non ſunt, ſed merũ habent miniſterium; vnde ſicut ſponte vocati ſunt ita & poſſunt non ſatisfacientes expelli. Quòd ſi cauſã legitima non ſit, contra charitatem peccabitur, ſi non contra iuſtitiam, niſi ex dimiſſione aliqua infamia in ſic dimiſſum reſultaret; vel aliud graue ſequeretur incommodum, vt qui in Beneficiorum oppoſitione repellendus, eò quòd minus aptus ad illa credatur, quæ Curata Indorum ſunt, qui eisdem infirmis, & commoſoſiorum adiutus, peſſimè eſt inuentus ſuccuriſſe. Vnde in nominationibus, quæ ab Episcopis ſunt bona ex hoc merita ſolent reſeruari, & qui præſentant Patroni ea non parum æſtimare.

14 Circa curam autem eorum, qui proximi mori ſunt, quàm ſollicitiſſimè vigilandum tum Adminiſtratori, tum deputatis hebdomadariis, quia Indi ſpecialiſſimè iurari in extremis de-